

80 Constantini Ruggerii *Dissq. &c.*
bam Judæorum signum fuisse, nec apud
Cangium, nec apud veteres Scriptores,
quos consuluij compere potui, præter
quam in nostris Constitutionibus Sabi-
nensibus; de quibus hæc haec tenus di-
xisse sufficiat.

^{MI}
^{MI}
^{NI}
ILL. ET REV. DOM.

FRANCISCI MARIÆ DE ASTE

Ex Clericis Regularibus Miseratione
Divina, & Apostolica Sedis gratia
Archicopisci Hydruntini Sa-
lentinorum Primatis, &c.

In Memorabilibus Hydruntina Ecclesiæ.

Epitome.

^{MVM} ^{MVM} ^{MVM}
AD EMINENTIS. ET REV. DOM.

FR. VINCENTIVM MARIAM URSINUM,


S. R. E. Presb. Cardinalem S. Sixti, &
Archiepiscopum Beneventanum



ELO

BENEV. Ex Typograph. Archiep. An. 1700





MO MO NO
EMINENTIS. ET REV. DOM.

FR. VINCENTIO

MARIAE URSINO,

S.R.E. Cardinali Amplissimo.

D.JOANNESBAPTISTA MONGIO'

Abbas Benedictinus Congregationis
Cælestinorum S. P.

Plerique sunt, Princeps Eminentissime, doctissimi viri, qui licet ingenio valeant, & omni liberali arte, & disciplina exculti sint, adeo tamen demissè, & humiliter de se sentiunt, ut, quæ summa cum
a 2 lau-

⁴
laude conantur, siue sua diligentia contenti, siue rei periculo deterrii, vereantur ceteris impari. Quam quidem vivendi consuetudinem, et si probari aliquando, quod summæ, & verecundia, & modestia argumentum videretur, nequeo tamen probare, cum ea, que in literariam Rempublicam detrimenta importiantur, considero. Quid enim prodest si totos dies libris, immoriaris, & multacum laude quotidie scribas aliquid, nihil tamen unquam emittas, quod comuni commodo, & publicæ inserviat utilitat? Hæc cum ita sentirem, & foriè Hydrunto iter haberem, inviseremque ornatissimum, & amicissimum Praesulm Franciscum Mariam de Ajie, humaniter exceptus hospitio sum, multa, ut fui, cum eo collocaatus, notam mibi ceterum in ejus ractionem studiorum, & optimū vivendi institutum probabam, quod assiduis pro sua Ecclesia, perpetuisque se laboribus faciliens solliciti Pastoris officium rorsus in pleret, & si quid supererat temporis, vel Theologicis studijs, vel ervendis

An-

⁵
Antiquitatis monumētis totum impenderet. Cum vero multa, eademque præclara mirabar, si in manus Opusculum de Hydruntina Urbe, ejusque Ecclesiæ antiquitate, & origine, de eorumque Sanctorum hominum præclarè gestis, quorum illa Urbs facunda Parenz excitterat, & studiōssimo viro auctor eram, nō sineret hos præclaros conatus in comune Civitatis detrimentum perire. Modestè ille, ut solet, cum nec annueret meis votis, nec omnino adversaretur, rapui sollicitus totum opusculum, ut illud in luscem ederem aliquando, atque adeò considerem commodo amicæ, & penè patriæ Civitatis. Nec vero ei me cura egit sollicitum, in cuius potissimum nomine quo Tutore, & Patrono istud in conspectum hominum darem. Non me latebat, quibus se officiis allectum, quibusque beneficiis se Tibi devindū profiteretur Princeps Eminentiss. cuius studia, & egregios labores sapientissimus Praesul securus, & sibi ei Ecclesiæ sua mirum quantum profuerit. Non di-

a 3

cam

cam bic quam Te semper Principes Eminentiss. ille suspexerit, & quam diligenter observarit, quod familiæ dignitas, majorum splendor, multa denique Animi, & Corporis, & fortune ornamenta Te venerabilem reddiderint; que si ita omnia defuerint, ut affatim Tibi diuinitas datus sunt, pietatis studium, morum innocentia, vite sanctioris amor, sedula in administranda provincia diligentia, summa in omnibus procurandis industria, ceterum amantissimum Praesulem in Tua vel Amorem, vel admirationem traxissent. Noni quam multa de Te prædicaret, quem si unus ex omnibus sibi proposuerat tanquam exemplar ad imitandum, certè ad Te unum configisset Patronum, si sua ipsa sponte bos labores suos jussisset in lucem prodire. Neque verò dubitasset, quin Tu, que tua humanitas est, veterem tuę familię clientem benignè reciperes. Quis enim ignorat profusam tuam in doctos viros liberalitatem, quis ad excitandas boinas Artes concitatam animi propensionem,

quis

qui singularem tuam in Sapienissimum Praesulem humanitatem? Que ut omnia desiderentur commendares saltem amicissimi hominis labores, nè vidérere dannare tuos. Novimus enim quæ cura, & sollicitudine antiquissime tuae Ecclesie monumenta servaveris, quibus eadem sumptibus parvum ipsa antiquitate consumpta reparaveris, partim inter Temmotus ruinas dispersa collegaris ipsisque ruinis detrita refeceris, quam Bibliothecam ipsius conservandis magnificissime costruxeris. Novimus quo ordine omnia ejusdem Ecclesie jura conscripsieris, qua eruditione, & sapientia hic existentia Sacerdotum pignora defenderis, cum propter varios bellorum motus, variasqua temporum vicissitudines in varias etiam plerique opiniones distraberentur. Quæ cùm ita sint, quid dubitabimus quin humaniter, idest è natura tua libellum, quem Tibi addicimus, in Sinum iuum admissurus sis, & ut Nos eniçè petimus, ita Tu liberter passurus, monumentum aliquod

a 4

ef-

esse auctoris, & me & pignus observantie
sempiternum. Hac equidem spe confirmatus
libens acquiesco, & quoniam gratiam
Tibi ob tuorum beneficiorum magnitudinem
referre non possum, parem iij referant,
quos tantopere de aliis benemerendo
imiraris, Teque datū diuinitus Nobis
bonarum Artium Auctorem, quam diu-
tissime servent. Vale, Siponiti Kalendis
Decembri 1700.



Ius.

FACULTAS⁹

E M I N . D O M .

IVSSU Eminentiae Vestre vidi, & examinaui libellum; cui Titulus, *Epitome in Memorabilibus Ecclesiae Hydruntinæ*; & nihil inveni in eo, quod nō Fidem, Religionem, & optimos mores redoleret; quin in eruendis monumētis Ecclesiasticæ antiquitatis, Auctoris diligentiam, eruditionem, pietatemq; admiratus, dignissimum existimo, ut luce publica ad omnium commoditatem donetur. Ex nostro Sanctæ Catharinæ Monasterio 17. Octobr. 1700.

E. V.

*Humillimus, & omni ob-
sequio addictiss. Servus,
D. Ioannes Baptista Mongioi
Abbas Cœlestinus.*

*Imprimatur. Die 20. Octobris 1700.
Fr. Vincentius Maria Archiepiscopus, &c*

Illusterrima Astensis Familia

O B

MARCELLUM CARDINALEM,
FRANCISCVM MARIAM

Archiepiscopum Hydruntinum,

E T

MICHAELM FORTISSIMVM MILITEM,

*In expugnatione Budensi glorioissimè
functum, ter maxima.*

*In ejusdem Marelli assumptione nuper ad
Cardinalatum. Alluditur ad Leonem
in fennate.*

EPIGRAMMA.

T Res tulit Astenses tellus Roma-
na Leones,

Quos

11
Quos ultrò rapiunt Cäpus, & Ara,
forum.

Quem fortē, quem sanctū, quem
stupuere disertū,
Se quibus induerant arma, tiara,
toga.

Huic mucro, huic lituus geminant,
huic libra decorem,
Qua magna pollut vi, pietate, fide.

Hic castra, hic templum complent, hic
rostra rugitu,
Hic Turcam, hic Erebū terret, &
iste malos.

Consilium, ratio, mens maxima cui-
que reluxit,
Marte ferox, curis sedula, jure po-
tens.

Fascia belligerum fovet alba, & jan-
thina sacrūm

De-

Denique purpuream Jureperitus
habet.

Quæque una haud potuit virtus re-
gione teneri

Illam Buda, Hydrus, inclyta Roma
dedit.

Invidit Cælum, & rapiens primum ad-
didit astris

Splendeat ut Cælum, ac Terra Leo-
ne pari.

*Januarius Buraglia
Canonicus S.Spirit.
Beneuen.*

ELO.

ELOGIVM.

O Mñium Hydruntinæ Ecclesiae
Mirabilium

Maximè mirum
Ad mirare Lector.

Solis spectabilius Regia
Capitolium existit fulgentissimum;
In quo
Coronati octingenti inuictissimi fidei
Duces
In perpetuas micabunt æternitates.

Hi

Patriam, Patres, Polum
Decorantes,

Othomanam cætingenta sydera Lunæ
Crvore non cruentarunt tantum, sed
obscurarunt.

Cornibus hujus feri Planete vulnerati,
Cornva ipsa in Tubas cōvertentes,
Sub

14
Sub ipsis frigoribus ardentissimos
effudere radios :

Dum cecidere fortis,

Tryumphos cecinere gloriosos .

Turba fœlix ,

Occisum occisa comitatur Agnum,
In comis lauream, in manibus palmas
deferens .

Populus Martyrum ;

Sica Turcica percussus

Populatur Cœlum ,

Alcoranum Eva gelio opprimens .

Semper fidei

Fidem suam illustrarunt, & finem :

Primus in agone Primaldus

Ante omnes decollatus

Post omnes procumbit .

Erectus sine capite

Sociorum viتورias capit , & spectat .

Stat mortwus usque ad omnium casu ,

Sindicus Patriæ , & Pater ,

Et

Post admissos in Cœlum Socios ,

Ipsæ tryumphator ingreditur .

Le-

15
Lector

Hoc factum epitome est gloriarum ,
Mirabilium compendium ,

Vti

Pastor ipsis Ecclesiæ vigilantissimus

Est Pastorum exemplar

Virtutum Epitome

Ovium deliciæ .

Julianus Bovicellus à

Secretis Eminentiss.

Archiepiscopi Urli.

I
MI MI NI
ILL. ET REV. DOM.

FRANCISCI MARIAE DE ASTE,

Ex Clericis Regularibus, Miseratione Divina,
& Apostolicæ Sedis Gratia Archie-
piscopi Hydruntini, Salenti-
norum Primatis, &c.

*In Memorabilibus Hydruntinæ Ecclesiæ.
Epitome.*

C A P V T I.

*De Origine, Situ, & fidelitate Urbis
Hydruntinæ.*

Ydruntum, Hydruns (a)
aliis, Urbs Italiae extrema
in Agri Salentini littorali
angulo, inter Brundusium,
A &

(a) Plin, Strab, & Steph.

²
& Iapygiū Promontoriū ad os Adriatici sinus posita est, contra Aulonem Macedoniæ Oppidum ab Acrocerauniis Epiri montibus quinquaginta miliorum spatio distans, (^a) de quibus Virgil,

*Provebimus pelago, vicina Ceraunia
iuxta*

*Unde iter Italiam, casusque brevis-
simus undis.*

Portu fruitur Orientali prospectu per ameno, dimissisque prominentium Scopulorum cautibus, gemino veluti brachio sinuante inclusō, (^b) de quo idem

*Portus ab Eo fluctu curvatur in arcū,
Objectæ salsa l̄pumant aspergine cautes,
Ipse later: gemino dimitiūt brachia muro
Turriti Scopuli.*

In

(a) Lib.3. Ænead. (b) Virgil.l.c.

³
In quinto climate Parallelo duodecimo sita, (^a) Celum habet temperatū. Ameride, occasu, partimque à septentrione florentibus Clivis, fructiferis vallis, & odorata planicie circumsepta (^b) penè omnigenis ubertatibus fecundatur, sacrorumque secessuum specubus, & limpidissimis fontibus, ac mobilibus per pomaria rivis oblectatur. Ipso in primis Hydro amne inter virentia laureta, & odorata Citria nemora excurrente nobilitata, à quo & nomen accipit, totique hodie imparitur Provincia Salentinorū, Regio titulo (^c) olim decoratæ, cujus Caput, & Princeps est ipsa.

Urbs perpetuò celebris, olim (^d) amplior, ab Heroicis usque temporibus à

A 2 Dæ

(a) Ptholom. geogr. lib. 3. (b) Galat. de situ Iapig. &c. in alio de Bello Hydrunt. (c) Vit. Merc. aur. cap. 1. & Engen. in descript. Regn. Neapol. (d) Io: Mich. Læget. in sua Histor. Hydr. manuscript. quæ servat. in Archiv. Cap. Hydr. Ugheri Ital. Sacr. tom. 9. fol. 71.

⁴
Dedalo Atheniensis ingeniosissimo (Minois Cretæ Regis jam in Sicilia perempti classe dolo transducta) hic appellante in Iapygis nati gratiam, sive, ut alii malunt, ab ipso ejus filio Iapyge, unde & omnis haec Peninsula Iapygia cœpit appellari.

Iustiniano verò Principe imperate, insigni cōstantia adversus Gothos (a) resiliens, & Aragonensium Regum tēpestate validè Mahometanorum invasionibus, & conjuratorum insidiis obfistens, summæ fidelitatis Encomium est assecuta. Quæ licet anno post Salvatoris adventum 1480. à Turcis vi oppressa, devasta est; postmodum tamen ab Alfonso Calabriæ Duce, Ferdinandi Regis Aragonii filio liberata, & restaurata, fortioribus nunc muris, turribusque regioque insuper existit munita Castro, & intimæ Urbis Portæ Fer-

(a) Procop. de bello Corb. Pandul. Collen. in Cōp. Regn. Neap. lib. 2. Manz. Ross. in eod. Comp. lib. 8.

⁵
Ferdinandus ejusdem Alphonsi filius, marmoreum lapideum apponi jussit his litteris exaratum:

Ferdinandus Rex D. Alphonsi filius,
D. Ferdinandi Nepos Aragonius,
Portas, Muros, ac Torres, post recepimus
à Turcis oppidum è fundamentis
facium. Curavit.

IN suburbano tractu quatuor adserit Cœnobiorum Aedificia. Primum, Portæque Civitatis è Regione propinquius, est Divi Francisci Conventualium Fratrum ab ipsomet Seraphico Patriarca fundatum anno post Christum natum 1219. Cum è Sina reveritus, ubi Soldanum Turcarum Imperatorem Christiana Religione imbuerat Hydrūtum venit; ac proinde antiquitus. Secundum propè littus ab Occidente aëstivo Fratrum est ejusdem Franciscane familie ab Observantia, à b. m. Archiepiscopo Hydruntino post Tur-

6

carum acerrima demolima restitutum. Tertium supra Portū ad septentrionem est Capuccinorum usque de anno 1594. Singulari Hydruntinorum omnium charitate erectum. Et Quartum ex opposito longiore distantia ab Urbe in Austrum, Minimos S. Francisci de Paula continet alumnos, anno 1540. Constructum, & Sancta Maria de Martyribus nuncupatum; quoniam in eo loco strenuissimi Cives Hydruntini Iesu Christi nomen confitentes, ab hostibus fidei trucidati, Martyrio coronati sunt, & ubi Minervæ cultui celebre Templum dicavit Antiquitas, de quo Poeta (a)

..... *Templumque apparet
in arce Minervæ,*

Et infrā:

..... *refugitque è Littore
Templum.*

II-

(a) Virgil. ibid.

7

Illic hodie magna Christicolarum veneratione conspicua visitur Deiparae Virgini Ecclesia Consacrata cuius, & fronti marmor apparatum his litteris designatur incisum.

D. O. M.

Ez SS. MM. Hydruntinis à Turcis ob Cbris fidem constantissimè servatam crudeliter casis; & D. Francisco Paulano Victoria Auguri, Templo, claustrumque olim à Duce Calabriæ conditum, vetustate collapsu, è fundamētis in ampliorem formam redactum, majore redditu locupletatum Io: Franciscus Arnisanus Lupiensis, & Martia Leuci Conjuges Pietatis ergo PP. DD.

Anno Domini 1614.

Non erit tamen oblivioni tradendum ante Urbis prædictæ inva-

A 4

sio-

sionem ab Orientali Hoste fuisse alterum Religionis Prædicatorum Cœnobium ab ipsa Turcarum immani clade prouersus devastatum, subterranea tantum sub vocabulo S. Mariæ della Grotta Ecclesia existente, retento tamen per Socium P. Provincialis ejusdem Ordinis titulo Prioratus Conventus prædicti, ex cuius Religiosis (a) quidam fructuosus Concionator, irruentibus impiis Templum in illa maxima dictæ Urbis devastatione per medium in suggesto framea sectus, clamare non cessavit, S. Fides, S. Fides, S. Fides, quo usque animam Deo reddidit.

Mille, & quingentis passibus in Austrum distans ab Urbe manet S. Nicolai de Casulis Abbatia, cujus Templū insigne post Turcarum depopulationem conspicitur instauratum; sed an-

gu-

(a) Fr. Vincent. Maria Fontan. in monumento
Domin. Ambr. Altam. Ord. Præd. in sua Bibliot.
Dominic. Vall. in Comp. hist. p. 4. Sunanont. in
hist. Regni.

9
gustæ aliquot appositæ sunt Sacerdotum usui Cellulæ, cum olim amplissimum extiterit Magni Patris D. Basilij Monachorum Cœnobium, & Græcarum litterarum in Iapygia florentissima Academia. De hoc Galateus (a) sequentia subdit.

Hic Monachorum Magni Basiliij Turba convivebat. Hi omni Veneratione digni, omnes litteris græcis, & plerique latini instruti, optimum sui præbebant spectaculum. Quicumque græcis litteris operam dare cupiebant, bis maxima pars vietus, Praceptor, domicilium sine aliqua mercede donabatur. Sic res græca, quæ quotidie retrolabitur, substentabatur. Fuit temporibus Proavorum nostrorum, stante Aula Constantinopolitana vir Philosophus Nicolaus Hydruntinus, cuius ante Turcarum transitum plures libri de Logica, & Philosophia in hoc Monasterio habebantur. Hic Abbas bujus Monasterij

rij

(a) Galat. de sit. Iapyg.

rij factus, & Niceta nominatus, sacerdos
Summo Pontifice ad Imperatorem, & ab
illo ad Summum Pontificem permeabat
ad componendas res, quando inter Ponti-
ficem, & Imperatorem aliqua contentio,
aut de Orthodoxa fide, aut de alia re orie-
batur. Erat enim hic vir gravissimæ au-
toritatis, & Sanctissimorum Morum, ut
qui de Philosophia ad Religionem commi-
graverat. Hic sumptui minimè parcens,
quam per uniuersam Graciam invenire
potuit librorum omnis generis Bibliothecam,
in hoc Cenobio congeffit; quorun
magna pars negligentia latinorum, & con-
temptu litterarum grecarum periit. Non
parva pars Romanam ad Bessarionem Car-
dinalem deportata est, & deinde Venerias
Partem, quæ superfuerat, Turcarum
qui Monasteria populati sunt, bella ab-
sumserunt: Hæc ille.

Nostris autem temporibus in signi-
subjectionis Ecclesiæ nostræ Hydrun-
tinæ tenetur quotannis Abbas, & Re-
ctor dictæ Abbatiae præstare in die Sa-
bathi

bathi Sancti libram thuris, cum Verve-
ce nostræ Mensæ Archiepiscopali. 11

De Hydruntina Ecclesiæ Primordiis.

C A P V T II.

ET quidem vetustissima Iesu Christi Sedes est, ab ipso illius Vicario (a) Divo Petro fundata, (Prout autem majorum traditiones) in qua ille Antiochia Romam proficisciens primā Occidentalis plagæ hominibus fidem evagelizavit, Altarique erecto sacram fecit, ut jam pridem in fano pervetus Apostolorum Principi dicato Grecia Inscriptio continebat, quæ corrodis aeris temporisque injuria characteribus, nec legi, nec transcribi potest, vt ex urroque sermone fortius confir-
etur idipsum, quod modò latino tan-
tum evincitur testimonio sequenti.

Hic

(a) Trecc. de subfend. lib. 1. tit de Provinc. n. 47.

*Hic Petrus Occiduis Iesum Christesm
primum evangelizavit, aram-
que erexit.*

Hac in æde Constans opinio est sumnum Apostolum, baptizato Populo, sacrum perfecisse, primamque Civitatis Ecclesiam initiaffe; ac proinde firmè creditur, antiquos hic Hydruntinos Antistites Anteceſſores nostros Cathedram tenuisse. Hæc pluries olim instaurata, deniq; à b. m. Archiepiscopo Adarzo redacta est ad reparacionis formam ornatiorem, apposito ejusdem Protohierarchæ jussu ad interiorem parietem titulari lapide in posteritatis monumento taliter exarato.

*Divo Petro. Qui primā bic Synaxi per-
acta, Occidentali Ecclesiae Petram po-
suit, delubrum per detusum prisca jam
pietate refectum, penè collapsum.*

D.Fr.

*D.Fr. Gabriel Adarzo de Santander Ar-
chiepiscop. Hydruntinus Salentino-
rum Primas commendandum
reparavit.*

Anno Salutis 1667.

Hydtuntinæ Metropoleos extans à Rogerio Primo Utriusque Siciliæ Rege (Domorum Dei magnificè struendarum diligentissimo) Augusta liberalitate constructum, ab Archipresule Guielmo (b) qui vixit Anno 1088. de mandato Urbani Secundi Consecratu, & deinde à Wielmo ejusdem Rogerij filio Regnante Archiepiscopus Ionthas Musaici operis pavimento decoravit; ad effigies verò animalium insititiis tesserulis vermiculato. Sic namque in Primordio lithostroti legitur.

An-

(a) Cellen. in Compend. histor. Neap. lib. 3. Frecc. de Subfeud. lib. 1. tit. de ant. Stat. Regn. nu. 70.

(b) Ughecc. l. c.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1163. Indit. XI. Regnante feliciter Domino nostro W. Rege Magnifico, & Triumphatore. Humilis Servus Christi Ionathas:

M Edius autem Lithostrotos duplificem versum exhibit sexqui passum inter laxatum:

Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1165. Indit. 13. Regnante Domino nostro W. Rege Magnifico. Humilis Servus Iesu Christi Ionathas Hydruntin. Archiepiscopus insit hoc Opus fieri per manus Pantaleonis Pri.

C Rustā denique usque ad Ianuam variè datam cōcludit Leoninum distichon:

Ex

*Ex Ionatbæ donis per dexteram Pantaleonis
Hoc opus insigne est superans impen-
dia digne:*

Ædes hæc antiquitate augusta, augustinor verò ob Aram maximam, in cuius medio extat Imago Sculptilis deaurata Puerperæ Genitricishabentis super genua in sinu sui Infantem Christum Cubantem, quem junctis manibus adorat; (a) de qua b. m. Archiepiscopus Morra hæc subdit.

Ex relatione Canonicorum Afferētum hoc scire ex veridica relatione seniorum, fertur, quod tempore, quo memorandæ, & immanislimæ crudelitatis Turcarum classis post quindecim dierum obsidionem vi Hydruntū invasit, ac cœpit, cunctisque Civibus

cœ-

(a) Lib. visit. de Ann. 1607 sub die ult. Septembris fol. 4.

cœsis insimul cum Archiepiscopo Stephano b.m. [& infrā] Asportavit etiam quidam Turca in ejus Patriam vulgatiter dictam, la Velona, Imaginem ipsa sculptilem, (& infrā) Cum ejus vxor parere non posset, & magnis afficeretur doloribus ex cōsilio cujusdam servæ Christianæ divinitus monitæ (qua cum Imaginem ipsam subtus cubile absque ulla decentia cerneret dejecta, eidē ad sic vovendū sualit) ipse Turca vovit, quod si ejus Uxor pareret, eam Imaginem sculptilem ad hāc Civitatem remitteret. Quo voto sic emisso, peperit dicta ejus vxor. Tunc ille, quamvis factus ex hoc in sua perditione pertinacior: memor tamen voti sui, sūti potius promissionis illi servæ factæ destituta quadam navicula sine remige, dictam Imaginem ad hanc Civitatem remisit, in quam perveniens magno cum gaudio recepta fuit:

De

De tempore, quo Hydruntina Cathedra in Metropolitanam fuit erectora, ac de illius Primatu inter Salentinos, ejusque Præeminentiis.

C A P V T III.

Hydruntina Ecclesia jam olim Episcopalis^(a) ex historia Nicephori, ab Anno Domini 778. in Metropolitanam reperitur erectora, tempore Leonis Imperatoris, Cognomēto Philosophi. Extabat enim tunc temporis quidam Episcopus Hydruntinus Græci ritus, nomine Marcus, vir apprimè celebris, & græcarum litterarum peritissimus, qui non solum composuit Officium, quod recitant Græci Sabathio Sancto ob Domini sepulturam, ve-

B

rūm,

(a) Doctor Sylvius Arcadius Galatinus in manuscriptis. Ex hist. Nicephori.

rūm, quod iidem Græci recitant à Septuaginta usque ad Pascha totum disposuit; quapropter ob hæc, aliaque merita in Archiepiscopalem gradum fuit electus. Prisci enim Hydruntini Antistites Græci ritus extiterunt, cum ipsa Civitas, & Universa Provincia Orientalis Imperii ditioni subiecta māssissent usque ad Normannorum tempora. Verū cum Lithostroti ejusdem Basilicæ monumenta Ionatham ipsum Latinis Characteribus, ac vocibus exprimant; videtur dicendum Ionatham primum latini ritus, postquam Opere Normannorum Principū expulsi fuerunt ab Apulia Græci, Archiepiscopū Hydruntinæ Ecclesiæ extitisse; quo tempore cum his partibus Clerici latini à Græcis Episcopis secundū Græcorum Institutiones ordinarentur, & è converso; Celestinus Tertius (^a) prescripsit eidem Antistiti Ionathæ, ut de cœte-

(a) Cap. cum secundum de tempor. ordin.

cœtero commixtiones, & consuetudines Rituum in ordinibus aboleantur.

At denuò circa Annum 1378. quo Ecclesia Romana magnum Schisma patiebatur inter Urbanum Sextum, & Clementem Septimum Pseudo Pontificem, & Regia Neapolitani Regni auctoritas torpebat sub Ioanna Prima predictum Schisma fovente, in Iurisdictionem Orientalis Ecclesiæ Archiepiscopatus predictus reincidit sub Jacobo Patriarcha Cōstantinopolitano; qui Hydruntinæ Ecclesiæ administrationem (^a) ausus fuit sibi afferere, eam a Romani Pontificis subiectione retrahendo, quæ ita perseverasse videtur usque ad Bonifacii Noni Pontificatum.

Ultra Archipræsulatum, quodecorata extat Hydruntina Ecclesia, Privatum quoque obtinet in Salentinis; & sub Cruce Patriarchali præfulget.

(a) Spōndan. in Continuat. Annal. Baron. ad ann. Christi 1378.

Ejus (a) Antistitum tanta fuit quandoque Prærogativarum Majestas , ut in totius Hydruntinæ Provinciæ (b) Principes forent , ac Domini , & Serenissimorum titulo condecorarentur ; ac proinde dum Pontificalia peragebant , Abacus duobus ornabatur globulis , & tum ab Episcopis suffraganeis , ut potè sœudatariis , tum à Baronibus , cum è vita migrarent , Regalia exigeabant ; quod Ius adhuc retinet nostra mensa Archiepiscopalی ; suo sigillo quoque Plumbeo fericis Cordulis appenso Bullas expediebant , quemadmodum ex antiquorum Hydruntinæ Curiæ expeditionum monumentis fuit receptum ; & patet ex nonnullis Bullarum exemplis in Causa Beneficiali sub titulo S. Laurentii de Terra S. Petri in

Ga-

Galatina (a) hujus Hydruntinæ Dicēcēsis , sub die 19. Septembris 1466. tempore Archipræsulatus b. m. Stephani Pendinelli à Turcis in invasione prædictæ Civitatis jam interseceti ; & in causa Beneficiali sub titulo Sancti Joannis extra mænia Terræ Carpignani dictæ Dicēcēsis , (b) sub die 18. Aprilis 1616. tempore b. m. Fabritii de Capua , in quibus sit expressa mentio de sigilli apensione . Scripturæ etenim , quæ extabant antiquæ in Archiepiscopalī Palatiī Archivio , in ipsius Civitatis impetu fuerunt omnes impio furore à Turcis igni traditæ ; quo factum est , ut pars major proventum Archiepiscopalī mensæ , & Iurjum deperierint .

Res adhuc equidem perpetuò memoranda , quanta olim fuerit adhibita hujus Archipræsulatus Præminen-

B 3

tia ,

(a) Frecc. de subfœud. lib. 1. tit. de Provinc. n. 43.

Leon. Aret. de bello Goth. lib. 3. (b) Lagesit. in his.

manuscr. Franc. de Haraufo , in lib. cui tit. His.

de los Martires de la Ciudad de Otrro. Cap. 20.

(a) Ex Process. qui servat. in Cancell. Arch. Hydr. fol. 51.

(b) Invent. Carpignan. fol. 18.

tia, ut Præfules potestatem habuerint
sua auctoritate Episcopos creandi (a)
in Arianina, Turcico, Gravina, Maté-
ria, & Tricatio; ejusque Archiepisco-
patum administratum fuisse à Cōstan-
tinopolitanis Patriarchis, vetus est ip-
sius Ecclesiæ traditio; & ad Orientalis
Ecclesiæ Principatus apicem assūpti,
summo duxerint honore secum (b) re-
tinere; quo Hydruntina Civitas Prin-
cipes Ecclesiasticos tantæ Celitudinis
gloriantur sibi præfuisse Pastores.

Quinque ulterius præst suffraganeis
Episcopis. Hi sunt Castrensis, Ale-
xanensis, qui & Leucadensis, Uxentius,
Gallipolitanus, & Aletinus, seu
Lupientis, hodiè dictus Lyciensis; qui
olim antè Concilium Tridentinum
te-

(a) Paul. Diacon. ann. salut. 602. Ugbec. lib. cit.
Baron. tom. I. c. ann. 968.

(b) Spondan. in Coutin. annal. ad ann. Christi
1378.

a) tenebantur accedere ad præstan-
dam obedientiam, & visitandum Limi-
na Ecclesiæ prædictæ in primis Vespe-
ris festi Nativitatis B. Verginis, & in
Missâ feriæ secundæ post Dominicam
Resurrectionis Dñi nostri Iesu Christi;
in quorum morte adhuc Mësa Archie-
piscopal is exigit Regalia, nempe lectû,
Mulam, Calcaria, Sigillum, Crucem
pectoralem, anulum Pontificalem, &
Pileum similiter Pontificalem; ac pro-
inde in utroque latere dictæ Ecclesiæ
complures suffraganeorum Pilei pen-
dent.

Ad Cōcilia Provincialia, Neritonen-
sis Episcopus nedum quæsito consue-
tudinis Itare, sed & primæva quadam
authoritate convocatur, ut in Synodo
Provinciali per b. m. Petru Antonium
de Capua Prædecessorē nostrum An-

B 4 no

(a) Visit. Morra tom. I. pag. 3 & in libr. manu-
script. sisten. in Cancell. Arch. Hydr. cuius tit.
lib. delle obediencie.

no 1567. Erat enim Neritonensis Ecclesia olim Abbatialis, & intra limites Archidiœcesis Hydruntinæ, prout testantur tempore Bonifacii Noni littere Apostolicæ, sub Dat. Romæ Kalend. Novembr. apud S. Petrum Pontificatus ejus anno duodecimo, directe Philippo Archiepiscopo Hydruntino, qui cum Neritonensem Ecclesiam visitasset, sui Prædecessoris Iacobi Constantinopolitani Patriarchæ, & Archiepiscopatus Hydruntini Administratoris vestigiis inhærendo, quosdam Græcos Ritus, quibus Abbatiae prædictæ Monachi utebantur in Missæ celebratione fieri prohibebat, & advocans ad se Pōtifex Causam præcepit Archiepiscopo Philippo, ut ab eis imposterum molestandis se abstineat, illosque finat in suis ritibus permanere.

Habet Ecclesia ipsa Primatialis dignitatem primam & unicam post Pōfificalem Archidiaconum, cui Cantoratus officium est annexum; & Can-

ni-

nicos viginti tres, habitu, & Insignibus nihil prorsus ab ipso Archidiacono differentes; cum omnes, Almutias coloris violacei, cum extremitatibus fericis carmosinis deferant; gestantibus pariter aliis dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ Sacerdotibus simplicibus almutias nigri coloris cum extremitatibus fericis violaceis, iuxta Privilegium ab Archiepiscopo Morra concessum, & à S. Rituum Congregatione probatum sub die 30. Maii 1616; sunt pariter Decanatus, Thesaurarius, & Primicerius officia per tres ex eisdem Canonicos exercita; quemadmodum & Animarum Cura per duos item Canonicos exercentur, cum titulo Capellani Majoris. Canonici autem Abbates nūcupantur per Abbatiam sub titulo S. Mariæ de Turlatio in subfæudo dictæ Civitatis ab eodem Petro Antonio de Capua Antistite totius Capituli Comunitati unita, per obitum Sébastiani Iaconia tunc temporis Capellani deputata.

D^e

De Antistitibus, qui Ecclesiae Hydruntinæ præfuerunt.

C A P V T I V.

In ipsa Ecclesia Hydruntina jam olim Episcopali ut suprà demonstravimus, quam plures vita exemplares, virtute Illustres, ac nobilitate insignes præcessè meruerunt. Inter eos, Episcoporum numero (posthabitatis aliis) connumerantur (a) Benedictus, qui cum Simmaco Episcopo Sanctum Paulinū Præsulem Nolanum in extremis agenter consolatus est, anno 431. Andreas, & Joannes, quorum alter Lateranensi à Martino Primo sub Anno 649; alias verò Concilio Constantinopolitano sub Agathone Primo anno 680. interfuerunt.

Archipræsulatus verò dignitatem, quam

(a) Baron. ad ann. 431. invit. S. Paulini.

quam ob benemerita supradicti Marci assecuta fuit Ecclesia ipsa, inter alios, post eundem Marcum, adepti fuerunt Ugo, qui (a) adfuit in Conventu Episcoporum, & Abbatuum, Salerni ad favorem ejusdem Ecclesiae ab Alexandro Secundo congregato, in anno 1068. Wielmus, qui sub Urbano Secundo Ecclesiam ipsam Hydruntinam consecravit sub anno 1088. Jonathas qui interfuit Concilio Lateranensi sub Alexandro Tertio anno 1179. Tancredus de Aniballis, qui sub die 9. Junii 1219. amplissimum Privilegium, & Confirmationem obtinuit à Friderico Secundo Imperatore omnium Privilegiorū, (b) quæ olim ipsi Ecclesiae concesserunt Dux Dragonus Roberti Viscardi filius, Boemundus Primus, & Secundus Duces; Constantia Regina dicti Zœmundi Secundi Uxor; Rogerius de Po-

me.

(a) Ubgecc.l.c. (b) Petr. Vincent. in Teatr. Ilustr. Proton. Regn. & in Registr. Hydrunt.

meria, Rogerius, & Wielmus Reges, Constantius Imperator, aliquique Principes; inter quæ plures terrarum, ac fœdorum concessiones numerantur; unde Regii Consiliarii titulo Antistites prædicti decorantur. Eo tempore floruit prædictus Niceta Abbas Sancti Nicolai de Casulis, de quo supra me-minimus.

Sederunt pariter Ursus Minutulus Neapolitanus, nobilitate clarus, deinde ad Salernitanam (a) Ecclesiam translatus. Argonus ex Marchionibus Mallespinis Ligur ex Brundusina Ecclesia; Antonius à Ponte Nobilis Venetus, & ex Archiepiscopatu Barensi ad hanc Ecclesiā translatus fuit. Nicolaus Neapolitanus ex nobili Paganorum familia, qui diem functus in anno 1451. tumulatus fuit in una Scalarum, per quā descendit in Grypoporticum dictæ Ecclesiæ in latere Cornu Evangelii sitam;

(a) Ugbeccl.c. & tom. 7. de Salern. Arch.

tam; cuius Tumulus cum annis elapsis de mandato b. m. Petri Antonii de Capua (a) Prædecessoris nostri fuisset apertus, fuit ejus Cadaver repertum integrum sine aliqua violatione cum omnibus ornamentis Episcopalibus, ut ex Vifitatione ejusdem de Capua de anno 1538. Eoque tempore assumptus fuit ad Episcopalem Castrensem Fr. Urbanus Procopius hujus Hydruntinæ Civitatis, Ordinis Minorum Sancti Frâcisci, qui antè ejus obitum plura composuit de Nativitate Domini nostri Iesu Christi, de Immortalitate Animæ, & de Antichristo, ut suæ Religionis testantur Annalia. (b) Eamdemque Ecclesiam ex Canonico Hydruntino anno 1666. Franciscus Antonius ex antiqua ante Urbem à Turcis cap-

(a) Visit. Petr. Anton. de Cap. in Anne 1538. & Marr. (b) Luc. wading. in annal. Min. ann. 1429. tom. 5. P. Aloys. Tessell. in sua Leuc. Sacr. lib. 3.

captam de Marco familia, propriis me-
ritis obtinuit.

Eidemq; Nicolao successit Stephanus, qui in Anno 1480. (a) cum Urbs predicta in Turcarum potestate deve-
nisset, in sua Metropolitana sacris in-
dutus vestibus, ac Sacram Eucharistiā
Civibus ministrando inter Martyres
Christi meruit connumerari.

Quinimmò ad Orientalis Ecclesiae Principatus apicem assumpti, diētæ Ecclesiae Hydruntine Archiepiscopatum administrare, ac sècum retinere non fuerunt dignati; prout fuerunt (b) Iacobus de Itro Patriarcha Constantinopolitanus, ac Præsbyter Cardinalis S. Priscæ in ann. 1378; & in sequenti Fr. Wlmus Ordinis Minorum Patriarcha pariter Constantinopolitanus.

Expulsi ab Urbe Turcis anno 1481.
in Archiepiscopum Hydruntinum fuit
electus Fr. Seraphynus de Squillaceo

Or-

(a) Ex Hist. Mart. Hydr. (b) Ughet. d. tom. 9.

Ordinis Minorum de Observantia; cui
successerūt Fabritius de Capua Aeques
Neapolitanus filius magni Comitis Al-
teville, qui Joannē Franciscū (a) de Ar-
nono Iuris Cōsultū meritissimum cō-
stituit sibi Vicarium. Deinde Alexan-
der, Cardinalis Cæsarinus; Petrus An-
tonius de Capua prædicti Fabritii Ne-
pos, de sua Hydruntina Ecclesia, capi-
tularique illius Collegio sat beneme-
titus; cujus eximia doctrina, ac morum
probitas adeò splendvit, ut omnes, &
præsertim PP. (b) Concilii Tridentini,
in quo ipse interfuit, tanquam virum
omni laude dignissimum susciperent.
Ejus præcibus fuerunt, obtētæ Indul-
gentiæ pro Altari Privilegiato in Ec-
clesia Hydruntina, ac Jubileum visitā-
tibus

(a) Arnon. in singul. 60. incip. volo tibi.

(b) Michael Instin. in Concil. Trident. sub In-
dit. 4. tit. Archiep. Paul. 3. Pallavicin. in hist.
Conc. Trid. p. 3. lib. 18. cap. 3. nn. 4. & cap. 14.
nn. 1. & lib. 23. cap. 3. nn. 15.

tibus ipsam Basilicam in die Nativitatis Beatissimæ Virginis, usque ad occasum Solis ejusdem diei Kalendis Octobris 1564; ut ex Bulla ejusdem.

Quousque occasione prædicti Concilii Tridentini prædictus Petrus Antonius Archiepiscopus absuit ab Ecclesia prædicta, pro Pontificalibus exercendis, & Iustitia ministranda, distinetis temporibus in suos Vicarios deputavit Antonium de Beccariis Episcopum Scodrensem, Lucam Restam, (a) & Angelum Jaconiam Castrenses Episcopos; deinde reversus, ut ad normam ejusdem Tridentini Gregem sibi commissum regeret, Concilium Provinciale convocavit; eoque peracto, cum vita discesserit, ejus cineres usque ad præsentem diem servantur in proprio tumulo subterraneo in Crypta confessionis ejusdem Basilicæ, quem loci sibi tumulando adhuc vivens præcepit.

(a) Ex scriptur. Archiv. Cur. Arch. Hydr.

git. Eoque mortuo ex Regnicolis nostris præfuit Archiepiscopatui prædicto Marcellus Acquaviva Marchionis Bellanæ filius, quo Præsidente in quædam Imagine in Muro dictæ Civitatis depicta miraculosè inventa fuit quædam moneta argentea, de qua in visitatione Ecclesiae S. Mariæ Gratiarum intus dictam Civitatē (vbi extat Imago prefata); Archiepiscopus Morra (a) multa & diffusè asserit.

Cumque prædictus Marcellus eidē Archiepiscopatui renunciasset, ad hāc sedem successit D. Lucius de Morra Eques Neapolitanus, qui tantæ fuit authoritatis, & estimationis Præsul, ut sibi Pontificii solii Episcopi Assistētis dignitate (b) collata à Romana Sede in Gallia Belgica Legatus, magnam de se ad Pasteros famam reliquerit. Eius verò Archiepiscopatus tempore sub

C

die

(a) Morr. in Visit. ann. 1607. (b) Ex Registr. Bullar. d. Archiv. Curiæ, ann. 1617.

die 28. Novembris 1610. in Domo Di-
vi Pauli Neapolis inter Clericos Regu-
lares decepsit D. Laurentius Scupoli
Hydruntinus, cuius vita tanta floruit
sanctitate, ut recte respici possit ex
ejus libello vulgariter nuncupato: Co-
battimento Spirituale, D. Francisco de
Sales Episcopo Geneuen charissimo, &
brevi temporis spatio, ex quo in lucem
prodit, pro fidelium cōmunitate plu-
ribus traducto Idiomatibus.

Ex nostris Clericis Regularibus in
Archiepiscopalem hanc Cathedram
adlectus fuit Cajetanus Cossus præ-
clara stirpe Nobilis Neapolitanus, qui
tempore inter Religiosam Capuccino-
rum familiam eximia sanctitate vixi.
Fr. Ægidius Civis Hydruntinus. Et e-
Religione S.Benedicti Montis Oliveta-
ni ad Primatialem hanc Ecclesiam a
Episcopali Triventi translatus fuit D.
Ambrosius Maria ex Nobili Piccolo
mineorum familia.

Cumque juxta Capitulorum Regi-
di-

dispositionem Archiepiscopatus Ec-
clesiae Hydruntinæ speget ad Regiam
præsentationem inter Regticolas, &
exteros alternatim servatā: vita functo
b. m. Petro Antonio de Capua Metro-
politam hanc sedem ex Hispanis ob-
tinuerunt Petrus de Goderos, qui ex
Episcopatu Grisopolitano huc trans-
latus fuit, & deinde alternatim Fr. Di-
dacus Lopez de Andrada Lusitanus,
Ordinis Eremitarum Sancti Augustini
Archiepiscopatum prædictum assecu-
tus fuit, quo in munere, morum inte-
gritate, liberalitate in pauperes, & in
animarum salute ita se gessit, ut san-
cte, cù vixerat, mortem oppetierit

22. Augusti 1628. Cujus Corpus ad-
huc integrum in hac Hydruntina Ba-
silica quiescit. D. Fr. Gabriel Adarzo
de Santander, Ordinis S. Mariæ de Mer-
cede Redemptionis Captivorum ab E-
piscopali Vigevani ad hanc Archiepi-
scopalem præsentatus fuit. Et denum
Ferdinandus de Aguiar, y Saavedra

sedem Hydruntinam obtinuit; post
cujus obitum Hydruntini Gregis ab
Invictissimo Carolo II. Hispaniarum
Rege electi, & à b. m. Alexandro VIII.
in Pastorem Confirmati, huic Eccle-
siæ licet indigni præesse merui-
mus; hoc in munere speran-
tes, ut qui nobis oneris
fuit Author, ipse
sit nobis Ad-
mini-
strationis Adjutor, quod piè con-
cedat omnibus Deus Opti-
mus Maximus, cui ho-
nor, & Gloria.



^{MI}
ILL. ET REV. DOM.

FRANCISCI MARIÆ DE ASTE,

Miseratione Divina, & Apostoliceæ Sedis Gra-
tia Archiepiscopi Hydruntini, ac Salen-
tiorum Primatis, &c.

*In Memorabilibus Hydruntinæ Ecclesiæ, Epi-
tome, ejusdem Annotationibus annæ.*

*De Hydruntinæ Urbis invasione, &
Martyrum excidio.*

C A P V T I.

Hydruntum pridem à Gothis (^a)
obfessum, dein Saracenorum fu-
C 3 rore

^(a) Leon. Aretin. de bell. Goth. lib. 3. Galat. de sit.
Lipig. Lagett. in sua hist. manuscript.

rore depopulatum, cum ingens Turcarum classis advenisset, anno salutis 1480. Xisto IV. Summo Pontifice; & sub Ferdinandi Regis Aragonii Potentatu, ejus Cives strenue dimicantes pro Christiana Religione, Regioque Vexillo diebus quindecim, totidemq; noctibus, nullas experti suppetias, adverso Marte restiterunt. At Hydruntinis denique disruptis mœnibus, hostes ingressi sunt Urbem, & Sacram Dei ædem immaniter profanarunt, varias patrantes cædes, unusque ex eis, Stephano Santissimo Antiltiti, Sacra Populo ministranti, impia manu caput (a) abscidit; ob quod nefandum facinus Imago Dei Genitricis à D. Luca depicta Græco sermone Christatrix Penteru nuncupata pendens in Templo, divino evanuit Prodigio.

Post biduum Victores Barbari super-

(a) Galat. Lagett. Marcian. & alii in suis historiis.

perstites, viros bello fractos, fide tamē constantiores extra Urbem nudatos vestibus, vincitique manibus mutuò se pro Christi amore ad mortē exhortantes, & immortalitatis æternæ spe gaudentes educunt ad Clivum Miner-væ: ubi Turcarum jubēte Duce Achromatho, ac toto spectante exercitu, octingenti Cives illi dilecto sibi Jesu vero Deo viictimædicatæ, gloria nece occubuerunt. Dum fidei testes permissa optione examinati, vivere nemallent Christum abnegantes, quām aliqui diram subire lanienam; invictis animis, corpora, vitamque ipsam contemnentes, illustrem Martyrii Palam sunt consecuti, juxta quod eos S. Franciscus (a) de Paula paucis ante diebus prophetiæ lumine præviderat, immolandoisque Deo Martyres pronunciaverat.

Adnotatio.

Postquam Beati Cives Hydruntini ad illum perfidum suasorem, qui eos ad Mahometanisatum adducere conabatur, verbis usi S. Felicitatis, quibus ad Publum Urbis Præfectum responderat, dixerunt: *Nos, nec blanditiis reduci poterimus, nec terribus frangi, securi, quod vivi perfidiam vel traham superabimus, & postquam interfeci fuerimus, melius vincemus occisi.* Et ad Tyrannum cum Sanctis Machabeis: (a) *Tu autem, o scelesti, & omnium hominum flagitissime, noli frustra extolliri vanis spebus in servos Christi; nos enim Corpus, & animam tradimus pro patriis legibus, & modico nunc dolore substantato, sub testamento æterne vita efficiemur.* Statim ad supplicii locum læti successu, gradus festivi Martyres processerunt, & dul-

(a) Lib. 2. cap. 7. ver. 34.

cissimis Jesu, & Mariæ nominibus invocatis cantabant Hymnos, & Psalmos, tres Pueros in camino ignis imitantes, & domino benedicentes.

De tribus Pueris observat Sacer Textus, quod eo ipso, quo caneabant inventi sunt illæsi: *Quia non tetigite eos omnino ignis, neque contristavit.* Nec mirum; cum visibile illis divinum tunc adfuissest adjutorium: Angelus enim Domini excuslit flamnam ignis, & fecit medium fornacis quasi ventum rotis flantem. Imò Ecclesia Christo ipsi venturo illud adscribit, ut tempore Paschali surrexit Christus de Sepulcro, qui liberavit tres Pueros de camino ignis ardentis.

Hydruntini vero Christi milites ad præsentiam tyranni formidabilis, inter gladios, & sagittas, & in ipsa sanguinis effusione, & morte sibi crudeliter illata sine ullo sensibili adjutorio, aut cōsolutione Psalmos cantabant, & hymnos, dum interim eorum unus decolla-

batur, alius telis cōfodiebatur, & alius
læthaliter percussus, tām proprii,
quām alieni crūoris fluctibus veluti
naufragus operiebatur. Cumque inter
cruentas carnificum impavidī manus
totum oferrent corpus, cerneret tre-
pidare Turcas, quāsi ipsi addicti neci
fuissent; tremere percussorum dexte-
ras, pallere ora aliena stupentium cla-
de. Ipsi tamen mox lanienam subituri,
quāsi præda victores superantes, di-
vinas laudes hilares decantabant.

*De constantia Martiyrum Hydrum-
tinorum.*

C A P V T II.

Intr quos senex ille Venerabilis
Antonius Primaldus, veluti omnīū
ductor, & doctōr, post Christianæ fi-
dei animosam Confessionem, post cō-
temptum præriorum, quæ sibi, & so-
ciis (si Christo abrenunciassent) nomi-
ne

ne Achomati Ducis, imò verius ipsius
Turcarum Magni Regis, promitte-
bantur à perfido Mahometano Præ-
sbytero suasore, sive à quodam sacri-
lego Apostata subversore; post deni-
que di vīni Spiritus succensam Oratio-
nem, qua suorum Corda Concivium,
ut vitam pro Christo libenter profun-
derent, fuerat adhortatus, primus ab
immani Tyranno iussus est trucidari;
(a) præstòque fuit ad scelus Carnifex,
qui caput ejus sæviter amputavit.

De quo mirādum illud historiis tra-
ditum est, Truncum illius Corpus, ab-
sciso capite, firmum stetisse, neque
tot lictorum repetitis conatibus cade-
re potuisse, donec cæteri omnes in
hymnis, & confessionibus Iesu, & Ma-
rie Sacratissima nomina invocantes
obtruncati, legitimi corona certami-
nis donarentur; ac tum demum ipsum
triumphis veluti cumulatum, statio-
nem

(a) *P. Verricell. de Apostol. missiōn. tis. 15. q. 3. 13*

nem deposuisse, & inter suos ultimum cecidisse commilitones; quorum corpora ad tertium, & decimum mensem inseulta, solique imbribusque exposta, integra omnino, & a feris, Avibusque intacta, gratumque odorem emittentia, reperta sunt. Plerisque etiam testimonium perhibentibus, quod multoties super eis nocturno tempore quamplures lampades, & magna (^a) luminaria apparebant; quæ cum divinitates crederentur accensæ, in signum sanctitatis Interfectorum propter fidei Confessionem; ab universis meritò existimari cæptum est, illos inter veros Christi Martyres esse adnumerandos.

Adnotatio.

Proloquatur de Primaldo Ioi Prophæta, ut cunctorum excitet attention-

(a) Ex informat. de ann. 1536. de qua in Archi. apud Cavan. in lib. memor. alla posterità, à fol. 47.

tentationem: (^a) *Audite senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ, si factum est istud in diebus vestris, & in diebus Patrum vestrorum. Super hoc filii vestris narrate, & filii vestri filii suis, & filii eorum generationi alteri. Postquam Primaldus victor cruentum domuerat propria cæde Tyrannum, Palmæ multiplici obtenuit occumbere Cœlum disposuit; ut qui socios ad passionem pro Christi fide exhortatus fuerat, martyri quoque gloriam in cæteris obtineret. Minuitur capite Prior Primaldus, & abscesso capite, capitis munera non depositus. Stetit mortuus, ac si fuisset vivus, quia vita ejus in omnium vita durabat: Conatur Carnifices eum in Terram deitare, qui non poterat cadere dum vivebat. Vivebat autem in singulis, qui coronabantur, & usque ad mortem ultimi, trophyæ sibi multiplicabat. Ceciderunt cuncti, & tunc*

ipse

(a) Cap. i. ver. 2.

ipse triumphis omnium cumulatus
depositus stationem suam, quam an-
tea repetiti lictorum conatus minimè
obtinere valuerant.

Scimus Dionysium abscissum suum
caput substulisse, & progressu ad duo
millia passuum in manibus gestasse; sed
neminem legimus ejus gressibus im-
pedimento fuisse. De sancta Felicitate
invenimus dixisse D. Gregorium, quod
fuit plusquam Martyr, & quod prima
venerit ad martyrium, sed pervenerit
octava. Primaldus primus ad poenam
venit, & usque ad interemptionem om-
nium stando pervenit octigesimus. Si
autem stando, vel mortuus singulo
vivos exhortabatur, nec minus vide-
batur occisus, quam vivus exhortari
& in ultimi interemptione tot Cœl-
explicuit insignia victoriae, quot in-
tervenere in sociis instrumenta passio-
nis. Vivebat primò mortuus, qui tri-
umphabat occisus. Potestatē videba-
tur habuisse ponendi animam suam,

cem

cum deposuisset, iterum assumendi
eam.

Refert Simeon Metaphrastes apud
Surium die 22. Januarii, postquam
Martyr Levita Vincentius Victor su-
per mollem calcitram animam exha-
lavit, Tyrannum decreuisse, ut ejus
corpus inféputum maneret, nec ar-
borum foliis, nec alia re contegeretur;
sed feris, & volucribus in escam pro-
ponendum foret; & quod ab his om-
nibus divinitus per minesterium Cor-
vi fuerit asservatum; qui Lupum quē-
dam repētino cursu eò venientem ita
repulit, ut ille terga vertens, non Cor-
vi quidem impetum, sed jacentis illius
Sancti Corporis aspectum extimesce-
re præstulerit, ac stupore percusus
repentē subterfugerit: *Et quidem, ad-*
dit, feram illā angelica præsentia perter-
re factam illinc aufugisse arbitror.

Meliūs de illæsione à feris, & avibus
rapacibus horum corporum dicere
arbitramur; aspectum scilicet eorum-
dem

dem timorē fuisse avibus, & feris; imo
eas angelica præsentia perterre factas
aufugisse.

De Sanctis Eremitis in Monte Si-
na commorantibus, & à Gentilibus in
odium fidei occisis, refert idem Meta-
phrastes apud eundem Surium die 14.
Januarii quorumdam Monachorum,
qui à duobus Barbaris acceperunt no-
titiam de morte Proculi, Hypatri, &
Sociorum, verba sequentia: *Nos eges-
si sumus ad effrenanda Corpora, & cum ac-
cessimus, irvenimus eos, qui à quinque
ante diebus interempti fuerant, nibil pa-
sos, ex his, quæ verisimiliter erat passi-
rum esse mortuum, qui uno ante die effe-
mortuus; non male oientes; non putrefa-
ctos, & nibil laesos à carnivoris avibus, au-
feris agrafibus. Si hoc dé illis Monar-
chis portentum videbatur, absque u-
ta merito comparatione admirarétu-
de Corporibus Hydruntinorum Ma-*

49
sum cunctis illis inclem̄tiis exposi-
tis, & ab eis divinitus liberati.

De Corpore Beatæ Virginis, & Mar-
tyris Carithinæ, refert idem Simeon
apud eundem die quinta Octobris, quod
cum in aquas fuisset projectum, ostē-
sus fuit Deus facere mirabilia, eo quod
per tres totos dies continuos Corpus
tenuit mare pulchrè servatum, & nul-
lo penitus detrimēto affectum, & qui-
dem miraculo, & Dei magnalibus id
ascribit Simeon; cum aquarum humi-
ditas iter acceleret corruptioni. Sed
quidnam dicendum de Hydruntinis,
qui propè mare per tresdecim menses
hyemalibus pluviis, nebulisque no-
turnis, sub aere humidissimo jacue-
runt? & tamen istæ continuæ, & alte-
trices inclem̄tiae, ea pignora Dei
credita pulchrè asservata, ac in altera-
ta tenuere nullo penitus detrimento
affecta.

Leo denique Papa X. in Bulla Ca-
dierum, sed tresdecim, & ultra me-
monizationis S. Francisci de Paula, ut

sium

D

rem

rem omnibus mirabilē prædicat, quod
S. Francisci Corpus per undecim dies
insepultum, non fuerit passum corru-
ptionem. Quid de nostris Martyribus
quorum corpora per tresdecim men-
ses Solis ardoribus, hyberniisque rigo-
ribus, & pluviosis exposita, si incorrup-
tio omnimoda sibi proposita fuisset?

*De Sepultura Martyrum Hy-
druntinorum.*

C A P V T III.

SVMMUS Pontifex XISTUS IV. Ma-
tyrum reliquias esse omni vene-
ratione dignas advertens, (a) special
rescripto Francisco de Arenis Archiepiscopo
Brundusino, Provinciæque parandus Rex præfens Hydruntum in-
Præsidi commisit, ut Cœlesti ope, Reuicit, & mox erectam à Barbaris Urbē
gjique Exercitus auxilio, postquam reparandam, muniendamque dispo-
Urbs ab hostibus esset recepta, recon-
cilian-

ciliandam prius satageret Hydrunti-
nam Ecclesiam, deinde suffraganeis
Episcopis convocatis, cunctisque istius
Archidiæcessis, & vicinarum Civitatis
Congregatis Præsbyteris, fidelium
Corpora illa pro Christo trucidatorū,
reverenter colligenda, religiosèque in
Ecclesiā ipsam Metropolitanā aspor-
tandam, & inibi recondenda curaret.

Quæ anno subinde 1481. expulsis
ab Urbe Turcis, à quodam sacro loco,
ubi præclarissimi Calabriæ Ducis Al-
phonsi pio jussu in modum aggeris
coacervata fuerant; ne ob reverentia

expugnationi essent impedimento, so-
lemnii ritu in Civitatis Templum in-
ducta, & in Confessionis locum il-
lustrata sunt. Anno postea 1482. Ferdi-
nando Rex præfens Hydruntum in-
Præsidi commisit, ut Cœlesti ope, Reuicit, & mox erectam à Barbaris Urbē
gjique Exercitus auxilio, postquam reparandam, muniendamque dispo-
Urbs ab hostibus esset recepta, recon-
cilian-

isque redditibus augeri jussit, ac in ea
cum reliquiæ Gloriosorum Mar-

(a) Galat. Marcian. & Lagett.

tyrum sub humo jam conditæ , hono-
rificientiū repositæ fuerunt, plerisque
subtū Altare ejusdem Sacelli collo-
cati .

Adnotatio

Beatissimum PP. Xistus IV. sciens
præciosam esse in Conspectu Do-
mini mortem Sæctorum ejus, qui præ-
cio proprii sanguinis immortalitatem
sibi compararunt(ut S. Cyprianus lo-
quitur 2. epist. 3.) venerandas Martyr
Hydruntinorum exuvias cum omni
honore tumulandas per speciales lit-
teras Brundusino Episcopo demanda-
vit; in quo pietatis opere Prædecesso-
res suos Pôtifices est imitatus, eorum
que vestigia secutus. Etenim Pius I.
illud ipsum attendens. Iusto Episcop
sic scribit (vt tom. 1. Concil.) *Cura Sa-*
ctorum Martyrum Corpora, quemadmo-
dum curaverunt Apostoli Stephanum
Calistus quoque, postquam Corpu-

S. Præ-

53
S. Præbyteri , & Martyris Calepodii
sua cura in flumine inquisitum, opere
Piscatorum, in ejusdem Calepodii cæ-
meterio sepelivit; aliud, quod in via
Appia erat, ad Martyrum sepulturam
ampliavit.

Item Marcellus (teste Anastasio) vi-
ginti quinque titulos instituit quasi
diæcesses propter Baptismos, Et Marti-
rum sepulturas ; Imò ipse Marcellus
vivens nocte cum Lucina Matrona
Christianissima Copora Sanctorum
Martyrum Cyriaci, largii, & Smaragdi
optimis aromatibus condivit, & linte-
minibus involvit, ut in ejusdem S. Mar-
celli actis apud S. Ceciliam asservatis
legitur.

Idem de S. Fabiano erga Corpus
Pontiani à Sardinia asportatum af-
firmat Anastasius, ut de S. Stephano
erga B. Martiris Tertullini reliquias
colligendas, & tumulandas idem fuisse
studium, ut apum Surium die 2.
augusti. Et S. Eutichianus propriis

D 3 ma.

manibus non sine summa defatigatio-
ne tercentum quadraginta duos Mar-
tyres sepulcrum condidit, ut refer-
Anastasius de Eutychiano. Denique
Bonifacius IV. Templum quod Roma
Pantheon vocabatur, solemini ritu in
honorem Christi Martyrum dicavit
tempore Phocæ Imperatoris. Mos iste
semper in Ecclesia viguit solemini ritu
Sanctorum Corpora Sepeliendi.

Venit hic ad propositum recolen-
dum id quod de Saba Abbatे nota-
Sanctimoniae Viro, Palestina mortua
à Cyrillo his planè verbis describitur.
Eo moruo cucurrit ad sacrum illius Cor-
pus multitudine innumerabilis, & universa
Ordo Monachorum, & quinque etiam
Episcopi, qui cum quo pax erat ornata
Corpus compungunt, hymnos, & Canti-
ei de more caudentes, pie admodum, & San-
cte inter duas Ecclesias deposuerunt. E
Baron. tom. 7. ad ann. 532.

Eodem prorsus modo (ut Gregorius
Nisienus refert, orat. 20.) Magnus ill-

Mo-

Monachorum P. Basilii, Sanctorum
virorum manibus elatus est; Psalmo-
diæque a confluentium lugitu vince-
bantur. Idemque de Abrahamo Car-
tarum Episcopo in Mesopotamia scri-
bit Theodor. bistor. Patr. cap. 17. Licebat
alios, inquit, audire psallentes, alios la-
mentantes, & cum cantibus, & lamenta-
tionibus sanctum illud Corpus sepulcro
mandavere. Severus sulpitius in vita
S. Martini Episcopi de ejus funere sic
habet: *Corpus ejus usque ad locum se-
pulchri hymnis canora cœlestibus Turba
prosequitur; comparetur secularis pom-
pam quid simile Martini Episcopi exce-
quis conferetur? illos confusis plausibus
populorum honorat insania.* Martino
divinis plauditur Psalmis: *Martinus
hymnis Cœlestibus honoratur.*

*De quibusdam Martyrum Hydruntino-
rum Corporibus, ac Reliquis Nea-
polim, & alibi asportatis.*

C A P V T I V .

Biennio post ab Hydruntina jam
munito Civitate, ac Alphosi Du-
cis iteratis adventibus restaurata, di-
scessiuro tandem ipsi Alphonso Inno-
centius PP. VIII. ducenta quadra-
ginta dictorum Martyrum corpora
Neapolim (a) transferenda concessit; &
Dux piissimus magna veneratione se-
cum adduxit, & in Ecclesia Sanctæ Ma-
riæ de Martyribus nuncupata propè
Castrum Capuanum decentissimè re-
condidit. Quo denique in loco Federici-
cus Aragonius Rex Ecclesiam, & Mo-
nasterium S. Catharinæ, quæ vulgariter

57

ter à Formello dic itur, de consensu A-
lex. VI. sollicita liberalitate instruxit,
ac Religiosis Fratribus Ordinis Prædi-
catorum tradidit, ubiad præsens sub
Altari Sacratissimi Rosarii velut sacra
pignora asservantur, ubi in cornu Epi-
stolæ ipsius Aræ hæc Inscriptio fuit
exarata:

*Sub hoc Altare condita sunt ossa
cum suis Capitibus 240. Christifide-
lium à Turcis pro defensione fidei
trucidatorum Hydruntii hucusque
ab Alfonso II. Aragonio Rege
translata de licentia Summi Ponti-
ficii Innocentii VIII.*

AT purpurata Eminētissimi Ursini
Pietas in Martyres prædictos in
Cornu Evangelii Altaris prædicti San-
ctissimi Rosarii sequentiā apponi man-
davit: *Corpora Sanctorum in pace sepulta
sunt, & vivent nomina eorum in æternum:
opposito tamen in pariete dextri late-
ris*

(a) *Galat. de sit. Iapig. Summont. in bīst.
Reg. Neap. p. 3. lib. 5. Cap. 2.*

ris antedictæ Aræ ejusdem Eminentissimi jussu titulari lapide marmoreo in posteritatis monumentum taliter exarato:

Altare hoc pariter, & Martyrium, cæmentitium olim, nunc Marmoreum; sub quo capita ossa, & Cineres 240. Christifidelium à Turcis pro defensione fidei Hydrunti interfectorum in 21. testaceis, in coetili busque urnis minoribus duabusque majoribus rursus, & decentius collata requiescunt, ut publicis Tabulis commendavit. Josephus Preti Notar. Et Actorum Curia Archiepisc. Neap. mag. diebus 21. May, & 23. Junii 1685. Fr. Vincentius Maria Ursinus Ordinis Predicotorum bensus Provinciæ triusque Lombariaæ filius Archiepiscopus Sipontinus. S. R. E. Presbyter Cardinalis S. Xixti Casene Pontifice consecravit in honorem perpetuae Virginis

59
nis Mariae sub invocatione Santissimi Rosarii petente Fr. Jacobo Conio Prioro die 27. Junii 1685. in cuius Anno Altare ipsum quotannis visitantibus centum Indulgentiæ dies concessit.

Exstant pariter hujus Regni Civitates, ac etiam Hispanias, & Venetas asportatæ eorundem Martyrum Reliquiæ, quas, & multoties Archipresules requisiti plerisque Illustribus Viris ac Ecclesiarum Prælatis concedere consueverunt.

Adnotatio.

Ad eundem modum Corpora SS. Martyrum Naborii, & Nazarei, Sanctique Gorgonii de licetia Romani Pontificis in Gallias asportavit, & in diversis Monasteriis collocavit Godegradus Episcopus Mutiensis, referente Beda in suo Martyrologio ad annum 775.

De

De Sancta Marcellina D. Ambrosii
Sorore legimus, quod cum Romæ in-
ter Virgines degens diem clausisset ex-
tremum, noluit paterno claudi sepul-
chro; sed Mediolanum suum corpus
transferri mandavit, ponique apud
Sanctos Satyrum, & Ambrosium fra-
tres juxta Sanctos Martyres tumula-
tos, ut ex Epitaphio ejus Sanctæ Mar-
cellinæ colligitur, quod affert Baron.
tom. 4. ad Ann. 383. n. 17. Idemque Ba-
ronius in Annotationibus ad Marty-
rologium dicit se legisse in Codice
Manuscripto Ecclesiae Martyrum Ro-
mæ illata illuc esse duo de triginta cur-
ribus ossa Sanctorum Martyrum è di-
versis Urbis Cæmeteriis effossa, solem-
niterque comportata, ac decentissimè
collocata.

Circa Altaria erecta, ac Reliquias, &
Martyrum Corpora subtus eis hono-
rificè asservanda, ita summatim scribit
doctissimus Cardin. Belarmin. lib. 2. de
Imagin. cap. 3 vers. 8. Cujus Confuetudi-
nis,

nis, inquit, meminit S. Ambrosius in ex-
hortatione ad Virgines agendo de Reli-
quias Sanctorum Vitalis, & Agricolæ. Et
idem Sanctus in epist. ad Sororem, de In-
ventione Corporum SS. Gervasii, & Pro-
thasii. Hieronym. in lib. contr. Vigilant.
S. August. s. r. 11. de Sanct. Sozomen. lib.
5. cap. 8. Concil. Cartag. 5. cap. 14. Unde
concludit: Videlicet autem ista consuetudo
ab Apostolorum tempore cœpisse; nam
ideo Ioh. Apocal. 6. Ostensæ sunt in Calo-
animæ Martyrum sub Altari; quia Cor-
pora eorum in terris sub Altaribus quie-
scunt.

De Concursu fidelium ad Reliquias Martyrum Hydruntinorum.

C A P V T V.

S Ancta impulsi curiositate fideles
undique longinquis etiam ē Re-
gionibus ad illa contuenda, & adoran-
da quotidiano concursu confluunt ,
ma-

maximè vero in anniversaria Memorable
Martyrii solemnitate, que 19.
Kalendas Septembris, magnifica
pompa, ac totius Civitatis, univer-
sæque Diœcesis, magnæque partis
Provinciæ exultatione celebratur,
presertim cum Visitantibus in dicta
solemnitatis die Cappellam ipsam, ubi
prædictorum Martyrum servantur
Reliquiæ à summis Pontificibus Ple-
nariæ juxta Consuetam Ecclesiæ for-
man fuerint Indulgentiæ concessæ.

Quinimodo in solemnioribus Hy-
druntinæ Basilicæ festis sexus utrius-
que fidelium multitudo nedum Reli-
quias in facello superiori expositas
venerantur; verum etiam in subterra-
neam Ædem descendentes ad singulos
Scalarum gradus consistunt, præcef-
que effundunt genuflexi. Tum simili-
modo orantes, singulas Hypogei co-
lumnas devotis amplexibus osculan-
tur, solumque illud benedictum reve-
rentur, lachrymisque perfundunt, sub-

quo à principio fuerunt sacra deposi-
ta contumulata.

Adnotatio.

Hydruntina Civitas fundatione
celebris, antiquitate illustris
postquam tot suorum Martyrum sa-
cra est illustrata exuviis de cunctis
Vastissimi hujus Regni Provinciis plu-
rimos in dies hospitio recipit Peregrinos,
etiam Pietate, & nobilitate con-
spicuos ad veneranda Martyrum
Corpora, & videndum sub Altare Dei
animas intersectorum propter Ver-
bum Dei, & propter testimonium,
quod habebant.

Accidit planè Hydrunto, quod an-
tiquis evenisse temporibus Romæ S.
Hieronymus enarrat in epist. ad Pau-
linam, cum ad Titum Livium lacteo
loquentiæ fonte manantem quam-
plures nobiles Viri ex ultimis Hispa-
narum, Galliarumque finibus veni-
rent:

quo

rent: *Habuit inquit illa etas in audi-
tum omnibus seculis, celebrandumque mi-
raculum, ut Urbem tantam ingressi, aliud
extra Urbem quererent, & quod ad con-
templationem sui Romam non traxerat,
unius hominis fama perduxit.*

Huc spectant S. Jo: Chrysost. verba
hom. 66. ad Populum Antiochenum
explicantis illud Jo: 12. *Ego si exaltatus
fuerò à terra, omnia traham ad me ipsum:
aut enim hoc verificatum fuisse quan-
do post mortem, & resurrectionem
Dominus omnes populos fide, & ve-
neratione ad se traxit: Christus, inquit
tunc omnem Orbem ad se traxit adorans.
Et quid de Christo cinit de frequentia fidelium ad lo-
sto loquor? cum, & discipulos, post quam
obierunt, tunc effulgere fecerit? Et quis
dico Discipulos? nam & eorum loca, &
sepulcra simul & Templa perenni memo-
ria celebrari curavit. Et paucis in-
terpositis. Christi Servorum Sepulcri
claras sunt, & dies notissimi mundo festum
affidentes, & letitiam, & infra. Servo-*

rum
Crucifixi sepulcra Regiis. aulis sunt
clariora, non magnitudine, & gloria
pulchritudine, sed quod multò magis est,
convenientium studio. Et D. August.
de Civit. Dei lib. 12. inquit: *Ad aquas
Tibitanas Episcopo afferente Projecto
Reliquias Martyris Gloriosissimi Ste-
phani, adejus memoriam veniebat magna
multitudinis Concursus, & occursus.*

Hydeuaninorum Christi Martyrum
antiquum primævunque sepulchrum
emper habet concursum Populorum,
religiosè frequentantium, ita ut illud
neratione ad se traxit: Christus, inquit
tunc usarpabimus pro Hydrunti-
Confessione, quod Prudentius
dum, cum moritus fuit. Et quid de Christo cinit de frequentia fidelium ad lo-
sto loquor? cum, & discipulos, post quam
m, ubi Sancti Martyris Hippoliti cor-
quiescebat:

Mane salutatum curritur:

Omnis adorat

*Pubes; eunt, redeunt, ad Solis
usque obitum;*

De Protectione, ac Patrocinio Martyrum Hydruntinorum.

C A P U T VI.

Multa per ora hominum recollectur, & in hystoriis continentur exempla, perpetuum, & per virgil eorum Martyrum in Hydrunti- nam Civitatem Patrocinium denon- tantia, quo eam ab innumeris malo- rum periculis eripi Compertum est, & tam super mania, quam per oras ma- in hostium cursibus propugnari. Illuc ritimas multitudinem copiosam arma- in primis mirabilis, quod cum Solitorum militum Peditum, & Equitum, manus ille tremendi nominis Turca propositum suum divertit. Quidam Imperator venerit anno 1537 verò Christiani, qui captivi remiga- (a) ut denuò Hydruntinam invadereant in Triremi ipsius Ducis, ab eo- Urbem, quamper Exploratores nullodem interrogati, unde tam citò potue- aut parvo præsidio munitam intellecti exire tam innumerabilis militum xerat; sed perterritus abiit, prædicto multitudo, Responderunt, se nihil que Martyres timuit, quos instar manusmodi videre, sicut in rei veritate

litum

E 2

non

(a) *Lageit in sua biffor.*

^{a)} *Ex Informat. Cirtent. in Archivio.*

liture armatorum in maxima copia ipsius Civitatis muris præesse vidit; prout ex ore Græcorum, qui in ea Solimani classe navigabant postea declaratum est.

Simile omnino contigit anno 1644. die 28. men. (a) cum Classis Turcarum tringita Triremium sub Duce Bekkit ad invadendum Hydruntum advenisset; & in cospectu propè Civitatis littora copias jamjam emissurus Bekkit constituisset, statim ut apparere vidit tam super mania, quam per oras ma- in hostium cursibus propugnari. Illuc ritimas multitudinem copiosam arma- torum militum Peditum, & Equitum, propositum suum divertit. Quidam rum Imperator venerit anno 1537 verò Christiani, qui captivi remiga- (a) ut denuò Hydruntinam invadereant in Triremi ipsius Ducis, ab eo- Urbem, quamper Exploratores nullodem interrogati, unde tam citò potue- aut parvo præsidio munitam intellecti exire tam innumerabilis militum xerat; sed perterritus abiit, prædicto multitudo, Responderunt, se nihil que Martyres timuit, quos instar manusmodi videre, sicut in rei veritate

non videbant, quod cum mendacium
crederet Bekkit, fortiter cæsis remigibus
illis, abiit in Calabriam, & oppidum Roccæ Imperialis invasit, & de-
vastavit.

Adnotatio.

Memoriam Sanctorum Martyrum Hydruntinorum summa habetur in veneratione non solum propter merita eorum celebrissimi Martyrii, & assiduas gratiarum illis apud Deum intercessoribus impetrations; sed etiam ob fiduciam & magnam securitatem quam Gen. Hydruntina, & Vicinorum oppido rum habent in Patrocinio illorum contra incursions Turcarū, adversus quo specialiter ipsi Sancti Martires invocantur.

Theofridus Abbas serm. de Sancta Reliquia. ut habetur tom. 2. Biblioth. co-
-670. Has, inquit, singulis Provinciarum

ac Civitatum Populis dedit Deus in solatum, ut dum importunitis urgenter cursibus hostium visibilium, & invisibilium, per horum descendenter meritorum. & infra. Rex qui ubi Urbis defensurus manea, quanto audaciora, & plura hostium comperit esse armata, tam fortiora, & numerosora in munitionibus militum opponit pectora. Sic Deus humana misericorditer consulit, & multiplicatis super arenam patrocinii Civitatem suā, id est Ecclesiam custodit, & protegit. & infra. Accense lucernæ sanctorum sunt Reliquiae: & anteā dixerat: lucernæ ubicumque locorum sint, abstundi non possunt, luminis sui splendorem longè la-
lege spargunt.

Sanctus Chrysostom. serm. in S. Ju-
venantium, & S. Maximam Martyres,
postquam Martyres, Columnas, Tur-
res, & Propugnacula dixerat esse Civi-
tatum, apud quas quiete sunt, hæc ha-
bet de eorum apud Deum Intercessio-
ne: Etenim sicut milites vulnera, que in

70
preliis sibi inficta sunt Regi monstrantes fideliter loquuntur, ita & illi in manibus abscta capita gestantes, & in medium afferentes, quæcumque voluerint, apud Regem Cælorum impetrare possunt.

De Mirabilibus Hydruntinorum Martyrum, ac luminarium apparitionibus.

C A P U T VII.

Non solum eo tempore, quo prædictorum Martyrum corpora per tresdecim menses insepulta, solique, ac imbris, exposita extiterunt super eis nocturno tempore quamplures lampades, & luminaria magna apparuerunt; sed etiam postquam ipsorum Martyrum Corpora in Urbis mensam. Et quarta post medianam Ecclesiam fuerunt introducta, vix sunt multoties de nocte luminaria magna in ipsa Basilica, & lucem immen-

1. agett. in sua hist. deposit. cap. in ann. 1539.
Ædile quib. in Archiv. & Cap. in memor. alla
aposteritatem a fol. 47.

71
apparere mirati sunt Homines Civitatis; ita ut in ipsa prima apparitione accurrerint multi, dubitantes ne illud Sacrum Dei Templum (a) penitus combureretur, ut pluries contigisse à fide dignis senioribus hujus Civitatis Curia Archiepiscopalis cœpit Testimonium.

Similes apparitiones anno presertim 1677. infra quatuor mentium, minusque spatum, in Ecclesia ipsa Cathedrali mirabiliter sunt ostensæ, quarum numerus redactus fuit ad quatuordecim. Prima fuit post medianam noctem diei Jovis, septimo Januarii. Secunda pariter post medianam noctem adhuc diei Jovis decimæ quartæ ejusdem mensis. Tertia etiam post mediæ noctem Sabathi diei trigesimæ ipsius mensis. Et quarta post medianam

E 4 no-

noctem diei Jovis quartæ Februarii. Hujusmodi tamen apparitiones solis Hispanis militibus vigilias noctibus custodientibus super Regio Castro hujus Civitatis visæ fuerunt, qui splendidissimas luces è fenestris Ecclesiæ per duarum quandoq; horarum spatium, quandoque per trium effudi, ac supra tectum elevari mirati sunt.

Aliæ decem hujusmodi apparitiones contingerunt Civibus Hydruntinis, inter quas celeberrimæ omnium, ac speciosissimæ fuerūt quinque, quæ nimirum diebus sexta, & vigesima prima Februarij. Vigesima tertia Martii, undecima, & vigesima tertia Aprilis; in quibus præter luminaria prædicta, etiam inter eorumdem luminarium splendorem visa est copiosa Gentis multitudo, tam intus, quam extra di- Etiam Bafilicam, ac etiam extra Urbis muros ad Templum S. Mariæ de Martiribus (ubi Martyrii Palmam meruerunt obtinere) processionaliter proce-

den-

dentis, & interdum etiam dulciter suaviterque psallentis: *Gloria Gloria Al-*
liffissimo. Jubilate, jubilate. De quibus singularis Archipræsul Piccolomineu sde Aragonia Prædecessor noster ad instantias tum Sindici fidelissimæ Civitatis, tum Prioris Regiæ Cappellæ dictorum Martyrum, diligentissimas informationes capi mandavit, eisque captis de omnibus Roman ad S. Rit. Congregationem, fuit transmissa Relatio.

Sub nostro Præsulatu, ad quem Deus Optimus Maximus, licet impares, & immeritos nos evexit, pluries quoque apparitiones hujusmodi evenierunt, sed ut potè quam similes, ne in longius Epitome diffundatur, hic describere ommittimus; sunt tamen Informations diligitissimè captæ, quæ pud nos servantur.

Ad-

Adnotatio.

EX historiis, atque Informatione
Capta de Martyrio Hydruntino:
rum circa apparitiones Lampadarum,
& Luminarium plene constat, unde
sumpsit exordium venerationis, & cul-
tus eorum Martyrum Christiana de-
votio. Conformari omnino videntur
ad ea, quae S. Pontifex Gregorius Ma-
gnus refert de S. Herminegildo Rege
& Martyre. In 3. namque libro Dialogo
cap. 31. describens passionem illius ad-
ducit simillima signa, ex quibus jur-
merito canonizat ejus Sanctitatem.

Postquam enim, dixit, vitam Corporis
abstulerunt hocque in eod valuerunt peri-
mere, quodissimum quoque qui peremptu-
est, in se confiterat despiciisse, statim
subdit. Sed pro ostendenda vera ejus glo-
ria, superna quoque non defuerunt mira-
cula; nam capit in nocturno silentio Psal-
modiae cantus ad Corpus ejusdem Regis,

75
& Martyris audiri. Et infra. Quidam
etiamferunt, quod illic nocturno tempore ac-
tenselampades apparebant: unde factum
est, quatenus Corpus illius, ut videlicet
Martyris jure a cunctis fidelibus vene-
rari debuisset.

Thomas Waldensis de Sacramenta-
libus tom. 3. tit. 14. cap. 112. nu. 2. ex D.
Ambros. lib. de fidel. resurrect. affert:
Morte Martyrum Religio defensa, cu-
mula fides, Ecclesia roborata est. Vice-
unt mortui, vieti Triumphantiores sunt.
Itaque quorum vitam nescimus, horum
mortem celebramus: unde David prophe-
ticè gloriatur in sua mortis excessu in-
guiens.

Præiosa in conspectu Domini mors
Sanctorum ejus.

P.C.I. ANSALDI O. P.

De veteri Ægyptiorum Idololatria,
ac moribus

D I S S E R T A T I O;

In qua Patriarchæ Josephi Religio
ab Criminationibus Basnagii vindicatur.

E D I T I O A L T E R A

Plurimum emendata, & aucta.

